

ex parentibus (saltem paterne lineae) Germanis progenitus; vel qui vivente avo Germano editus est. D. Hermes cit. l. num. 29. Vitriarius d. r. 5. n. 3. Coccejus de cap. 3. §. 3. Gletle in sect. Juris publ. q. 5. n. 4. Hornius ubi supra §. 8.
871 III. in controversiam deduci posse, adverto: qualis aetas in eligendo Imperatore sit praestituta? Quia enim in Electoribus aetas 18. annorum est praescripta, existimat Scharfchmid in Cakeg. publ. exercit. 2. thesi 9. lit. f. non facile alicui concedendum esse sceptrum Imperiale, qui decimum octavum annum non
872 excellerit. Sed quia de aetate Imperatoris

in Jure publico nihil est cautum; atque infusa per exempla invenitur, quod aetatis scrupulosa ratio saepe non fuerit habita: cum Otto III. admodum puer; Henricus III. annis 12. Henricus IV. annis 8. Fridericus II. annis 20. Carolus V. annis 19. Ferdinandus IV. annis 20. Leopoldus I. annis 18. Josephus I. annis 12. ad Imperium evecti fuerint: sane nihil hic determinari, sed prudenti Electorum arbitrio relinqui debet, ut eam aetatis considerationem habeant, in qua eligendus Imperio multum profuturus eratur. Vitriarius cit. tit. 5. n. 5. Hermes d. cap. 7. n. 22. & seq. Hornius d. cap. 17. §. 10.

§. III. Qualis in Electione Caesarea sit forma servanda?

- 873 Forma Electionis Caesarea potest spectari vel in actibus, Electionem antecedentibus; vel in ipso Electionis actu. Si Electio spectetur in actibus praemulis, ea requirit ordinari & primo vacaturam Imperii. Extraordinarie autem potest, vivente Imperatore, de futuro successore tractari; tum maxime, si praevideantur incommoda, scissurae, & discordiae, quae tempore interregni pullulare, &
- 874 succrescere consueverunt. Hoc modò praeter alios Augustissimus Imperator Josephus I. gloriosè mem. electus, & in Regem Romanorum, regnante adhuc & imperante Genitore, Sapientissimò & Invictissimò Leopoldò, designatus, unctus, & coronatus est Augustè 1690.
- 875 Secundò : Eminentissimus Elector Moguntinus, ceu Imperii Archi-Cancellarius, & Collegii Electoralis Decanus, intra mensè post obitum Imperatoris tenetur reliquos Coelectores convocare, ut intra tres menses à die, in literis convocatoriis expressè, Francofurti ad Manum vel per se, vel per suos Legatos compareant. A. B. cap. 1. §. 18. & 19.
- 876 Et si forsitan ex negligentia vel incuria Moguntini vel omnes vel aliqui non essent vocati, debentur nihilominus propriò motu Francofurti intra trimestre convenire, profidei sua virtute, quò Sacrum proficiunt Imperium, ut sapientissimè loquitur Imperator Carolus in cit. cap. I. A. B. §. 21.
- 877 Tertiò : ut Electores convocati tutius ad locum Electionis se conferre possint, saluberrimè in A. B. d. cap. 1. §. 17. & seq. de salvo conductu illis est provisum, quem non tantùm Coelectores Colectoribus, per terras suas iter facientibus, sed & reliqui Principes, & Status Imperii, sub reatu perjurii, privatione omnium feudorum & privilegiorum, ac poena proscriptiois praestare obligantur.
- 878 Hicque conductus erat tunc, quando A. B. est condita, oppidò necessarius: utpote cum adhuc vigeret jus clavæ & pugnorum, seu vis privata, vulgò das Fausts umb Kolben-Necht: licet hodie, dum vis privata cedere juri & judicio coacta, sicque pax publica in orbem Romano-Germanicum est reducta, non

semper peti soleat. Clariss. D. de Wolleren cit. quest. sect. 1. n. 57.
Quartò : Electores ita convocati, & con-

- 879 ducti, in termino praefixo comparentes, ex praescripto A. B. d. cap. 1. §. 22. ultra ducentos equites, & ultra quinquaginta armatos, ex illis ducentis computandos, secum assumere non debent. Rationes hujus constitutionis, & introductæ contrariæ consuetudinis dat cit. D. de Wolleren n. 59. & seqq.
- 880 Quintò : ubi Francofurti convenerunt Electores die, ad Electionem indictæ, omnes è Curia ad Ecclesiam, equis sublimis, & vestibus Electoralibus induti, accedunt; Sacro Solenni de Spiritu sancto (à quo Protestantes Principes se plerumque subducunt; aliquando verò accedunt, non religionis, sed officii pollicitèrgo, inquit Swederus part. special. sect. 2. cap. 2. n. 19.) intersunt; ac finitò Sacro coram 881 Altari juratò promittunt, quòd eum Dei adjutorio velint eligere caput temporale populo Christiano; id est, Regem Romanorum in Caesarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, in quantum, discretio & sensus dirigunt &c. A. B. cap. 2. §. 1. 2. & 4. Quibus peractis, intrant Conclave, Electioni instituendæ, paratum. Et hì sunt actus, qui praecedunt Electionem.
- 882 Ipse actus Electionis fieri potest duplici formâ serutinii, vel compromissi. Si serutinii formâ expeditur, tunc à Moguntino singulorù Electorum vota per ordinè colliguntur; ipsius autem Moguntini votù ultimo loco à reliquis Electoribus expetitur. A. B. cap. 4. §. 4. Collectis votis si majora absolutè, hoc est, respectu totius Collegii Electoralis, hic & nunc praesentis, in unum ceciderint, electus à majori parte nomine totius Collegii declaratur, advocatis etiam Notariò & testibus, ut instrumentum authenticum super integro Electionis actu erigant, subscribântque.
- 884 Si compromissi formam usurpent Electores (quod fieri posse, exemplis in Adolpho Nassoviensi, & Rudolpho I. Habsburgico, probat D. Hermes in fascic. cap. 7. n. 50.) refert, an unus compromissarius sit constitutus, an plures. Priore casu Imperator censetur, qui ab uno fuerit nominatus: non enim tam propriò

propriò compromissarii, quàm communi Electorum nomine censetur nominatus arg. cap. causam 8. cap. in causis 30. cap. quia propter 42. de

- 885 Elect. Posteriore casu ille, qui à pluribus est designatus, habetur pro ritè electo arg. d. cap. in causis 30. cit. tit. Hec plana sunt.
- 886 Ambiguum autem est I. an eligendus sub votò possit efficere majora? Resp. affirmativam & expressèd textu in A. B. cap. 2. §. ult. & receptò exemplò in Ruperto, Sigismundo, Maximiliano II. & Ferdinando II. decimam extare. Cujus ratio esse potest, quòd ita facilius & expeditius ad exitum & effectum Electionis deveniatur, si majoritas votorum ipsius quoque eligendi consensu adimpleri possit. D. Hermes cit. cap. 7. num. 42. D. de Wolleren cit. sect. 2. num. 105.
- 888 Qui etiam probant, filium à Patre, fratrem à fratre, consanguineum à consanguineo eligi non prohiberi, non tantùm quia in causis publicis pater & filius pro una persona non reputantur, sed etiam quia inter Principales familias in Imperio merum vinculum & nexus propinquitatis intercedit.
- 889 Ambiguum est II. an compromissarius, ab Electoribus communi suffragiò deputatus, alteri vires suas demandare possit? Resp. quòd non, argumentò desumpto tum à Jure delegatò; tum à procuratore, cujus personæ indultia est electa: horum enim verò neuter minus suum alteri subdelegare po-

test cap. quoniam Apostolica nli §. si autem de Off. deleg. cap. ult. de Procurator. in 6. D. Hermes cit. cap. 7. n. 53.
Ambiguum est III. an compromissum re-890 vocari possit? Resp. distinguendum esse, utrum res adhuc sit integra, vel non, prout dixit in n. 435.
Ambiguum est IV. sintne vota palam, an-891 secretè proferenda? Resp. inspectis verbis A. B. cap. 19. vota palam proferri posse: quia Imperator, dum ibi de Legatis, ab Electoribus ad Electionem dimissis, agit, ordinat, ut una cum aliis Conprincipibus & Colectoribus tam Ecclesiasticis quàm Secularibus ad tractandum, concordandum, & concludendum de persona quaecunque habili & idonea admittantur. Nequit autem communis 892 tractatus vel conclusio fieri de persona electa, quin mutua Electorum vota inter se conferantur, & proferantur. Praeterea Mogun-893 tinus, à reliquis Colectoribus de suo suffragiò repositus, illud publicè depromit, quem admodum ex A. B. cap. 4. §. 4. in fin. eruitur: ibi: & ipse intentionem suam exprimat, & ipsi aperiat votum suum. Nil ergo impedit, quò minus ceteri eòdem modo sua publicènt suffragia. Neque timendum est, ne vota sic minus libera 894 sint. Nam Electorum magnanimitas omnem omnino pusilli animi suspitionem excludit Swederus cit. sect. 1. cap. 2. n. 21. Hermes allegatò cap. 7. n. 9.

§. IV.

De Effectu & Consequentibus Electionis Caesareae.

- 895 Effectus Electionis Caesareae est, quòd electus, ubi consensum in Electionem praestiterit, mox Summam in Imperio dignitatem & potestatem consequatur; possitque in actu secundo, independenter ab omni Confirmatione, ea omnia exercere, quae sunt muneris & juris Imperatorii.
- 896 Quia tamen Imperium Romano-Germanicum ea semper libertatis prerogativa praeceteris Regnis excellit, ut Imperatori absolute dominatum & de ipsò nunquam concesserit, sed Summam illius potestatem certis quibusdam conventionibus & Legibus fundamentalibus quoad exercitium circumscriptur: inde fit, ut Imperii habenas juxta Capitulationem & alias Imperii constitutiones laxare 897 teneatur. Praeprimis verò tam in A. B. cap. 2. §. 8. quàm in Capitulationibus provisum est, ut Imperator neo-electus Principibus & Statibus Imperii sua privilegia, prerogativas & jura confirmet.
- 898 Electionem sequitur Consecratio & Coronatio; quae triplex, Germanica, Lombardica, & Romana. Coronationem Germanicam primis temporibus, ab Ottone primo usque ad Conradi secundi Regimen, ab Archiepiscopo Moguntino Aquisgrani peractam fuisse, ex Witikindo, Rerum Saxoniarum scriptore, & Ottone Frisingensi refert Vitriarius cit. 899 num. 2. Postea hoc jus ad Coloniensem

Archiepiscopu venisse, in cuius Diacesi locus coronationis, Aquisgranum, situs est, legitur in A. B. cap. 4. §. 4. Sed quia non semper 900 Aquisgrani, sed ex causa rationabili sapienti alicubi, Francofurti, Ratisbonæ, & Augustæ Vindelicorum, coronationis sollemnitas celebrata sunt: ideò, transactione inita, res ita composita est, ut, si Imperator sit coronandus in Ditione vel Diacesi Colonienf, actum coronationis celebret Colonienf; si in Ditione vel Diacesi Moguntina, Moguntinus; si in loco tertio, inter se alterent. Vitriarius cit. loc.
Ante coronationem & unctioem à Con-901 fecratore interrogatus Imperator: an fidem Catholicam & Apostolicam tenere, & operibus justis servare; an sanctis Ecclesiis, Ecclesiis, & Ministri-899 bus fidelis esse amator & defensor; an Regnum, sibi à DEO commissum, secundum justitiam Praedecessorum suorum, regere, & efficaciter defendere; an jura Regni & Imperii bona disperse recuperare, & conservare, & fideliter in usus Regni & Imperii dispensare; an pauperum & dicitum, viduarum & orphanorum, miserus esse fructus, & pius defensor; an Sanctissimo in Christo Patri, ac Domino, Romano Pontifici, & sancta Ecclesia, debitam fidem reverenter exhibere velit? Respondet ad singula in-902 terrogata: sic volo; & in quantum Divinò fultus fuero adjutorio, ac precibus Christianorum fidelium adjuvus valero, omnia promissa fideliter adimplere.

ho &c. Vitriarius d. num. 2. & ibi Pfeffingerus lit. m.

903 Post coronationem idem ferè juramentum repetit, dicendò: *profiteor, & promitto coram DEO & Angelis ejus, Leges servare, justitiam facere, jura Regni conservare, debitamque honorem Romano-abissi Pontificibus atque Paschalis exhibere, donata Ecclesiis conservare, Christò mihi præstanti auxiliùm, fortitudinem, decorem.*

904 Coronatio Lom- five Longobardica fiebat Mediolani, & quandoque Modoëtiæ ab Archi-Episcopo Mediolanensi, ut etiam Regni Longobardici Regem se esse, Imperator ostendebat. Ejus mentio est in *A. B. cap. 26. §. 4.* Sed à longo jam tempore recessit à curia.

905 Coronatio Romana ab ipsomet Pontifice Romæ peragitur. Eaque jam à primis annis Imperii in Germanos translata S. Pontifici reservata erat, ut Imperatores, qui, Authore Pontifice, Regnum ad Nationem Germanicam transiisse agnoscent, simul etiam Imperii Romano-Germanici coronam ab eo venire sciant cap. *per venerabilem 34. de Elect. Clem. un. de Jurjur.* Sed & ista Coronatio post Carolum V. nunquam suscepta est. Cogitur tamen Imperator in sua Capitulatione jurare, quòd Romanam coronam accipere velit,

prout cernere licet in *Capitulat. Caroli V. artic. 30. Capit. Ferdinandi I. art. 27. Capit. Rudolphi II. art. 31. Capit. Math. art. 38. Capit. Ferdinandi II. art. 37. Capit. Ferdinandi III. art. 39. Capit. Ferdinandi IV. art. 37. Capit. Josephi art. 36. ibi: Wir wollen auch die Römische Kaiserliche Cron sörderlichst empfangen/ &c. et in Capitulat. Leopoldina art. 37. tantum fiat memoria coronæ Aquisgranensis, seu Germanicæ, ibi: die Königl. Crön. Vitriarius d. tit. 8. num. 5. Pfeffinger ibi lit. a. Videatur Carolina noviss. art. 3. §. als auch &c.*

Id porro, antequàm hinc retrahamus ma-
907 num, prætereundum non est, multis eam infidisse sententiam, quòd ex triplici Imperatoris corona una, nempe Germanica, ferrea; altera, hoc est, Longobardica, argentea; tertia, seu Romana, sit aurea: cum tamen à pluribus aliis asseratur, omnes tres coronas ex auro formatas esse. Et in specie Germanicam coronam ex auro, quatuordecim librarum, constare, ex Ferrario narrat Pfeffinger, ad Vitriar. cap. 1. num. 6. lit. b. Quòd autem ferrea reddat Hermes in *Fasit. cap. 10. num. 30.* quia in sublimitate laminam quandam ferream habet admixtam. Et hæc de Cæsaris Electione dièssis totam materiam concludimus.

CAPUT II. De Postulatione.

ALter modus acquirendi Prælaturas Ecclesiasticas, si ordo ex frequentia & dignitate materia desumatur, est *Postulatio*. De hac ita discurre placet, ut in I. *sect.* Postulatio in genere; in II. & III. Postulatio in specio discutiat.

SECTIO I. De Postulatione in genere.

SUMMARIA.

1. Postulationis etymon. 2. Homonymia. 3. & 4. Synonymia. 5. Definitio. 6. Est petitio. 7. In gratia fundata. 8. A Capitulo. 9. Ad Superiorem directã. 10. & seq. Ut personam, de se impeditam. 12. & seq. Ad Prælaturam Ecclesiæ viduata admitat. 14. Qui possunt eligere, possunt etiam postulare. 15. & seq. Compromissarius, ad eligendum datus, postulare non prohibetur. 17. & seq. Idem obtinet in procuratore. 19. & seq. Qui præscripti jus eligendi, præscripti quoque jus postulandi. 21. & seq.

§. I.

Unde dicatur Postulatio; & quomodo definiatur?

Postulare ex nativa significatione nihil aliud est, quàm postulare vel potestatem. Hæc que significatione profanas quoque Authoribus non est peregrina: nam & isti postulationes Diis

Diis atque hominibus fieri, sæpius supponunt, loquuntur, explicant. Gonzalez ad cap. ad hæc 1. b. 1. de Postulat. n. 21.

2. Accipitur in Jure dupliciter. Primò pro postulatione judiciali, quæ aliquis proprium vel amici sui desiderium in judicio proponit *tot. tit. Jur. Con. ff. & Cod. de Postulando*. Secundò pro postulatione extra-judiciali, quæ petitur à Superiore, ut personam, nexu quòdam & vinculo Juris ligatam, ad Prælaturam Ecclesiasticam admitat. In quo intellectu sumitur in *Jure Can. in tit. de Postulatione Prælatuum. X. & in 6. & Extravagant. commun.*

3. In posteriori acceptione Postulatio tam late excurrit, ut ambitu suo etiam Electionem complectatur; ac promiscue per Electionem Postulatio; per electionem postulatus designatur: veluti jam in cap. 1. n. 4. obiter adnotatum est, & luculenter patet ex cap. *statuimus 8. §. his omnibus cap. Ojus 10. Dist. 61. cap. Valentianus 3. cap. literas 14. Dist. 63. cap. ad hæc 1. cum duob. seq. h. 1.* Ratio est: quia, sicut Electio, sic & Postulatio ad unum eundemque finem, provisionem scilicet Ecclesiæ viduatae decernendam, ordinatur: neque tam actus contrarii, quam subordinati & subsidiarii sunt: adeò ut, qui per Electionem ad solia Ecclesiastica pervenire nequit, viâ Postulationis eluctari possit. Quia tamen nonnulla habet Postulatio, in quibus ab Electione diversa videtur, idè pro peculiari modo acquirendi Prælaturas Ecclesiasticas ponitur, &

4. Definitur, quòd sit petitio Capituli, ad Superiorem directã, ut personam, de se impeditam, ad Prælaturam Ecclesiæ viduatae admitat. Ita quoad substantiam definit Postulationem Panormitanus ad *vrb. præsentis tituli n. 1. & 2.*

5. Dixi I. *petitio*. Ut in primis significarem, Postulationem inniti gratiæ Superioris, in cuius arbitrio fiat, veline in petentium vota concedere, an postulata recusare. Textus in cap. *bona memoria 3. h. 1. ibi: cum etiam, quando*

aliquis unanimiter postulat, ad admittendam Postulationem non tam ex justitia, quam ex gratiis (Sedes Apostolica) movetur. Deinde 7. ut unam differentiam inter Postulationem & Electionem suggererem, quæ in eo consistit, quòd Electio, alter ac Postulatio, in Jure quæsito fundetur, ratione cuius debet à Superiore confirmari, si causam denegandi Confirmationem non inveniat. Repetantur dicta in cap. 1. n. 481.

Dixi II. *Capituli*. Nam & Postulatio, non 8. minus quàm Electio, est actus Univerſitatis; neque ab alio, quàm Univerſitate, vel Univerſitatem representante, interponi potest *arg. eorum quæ in cit. cap. 1. n. 15.* habentur.

Dixi III. *ad Superiorem directã*. Per quem 9. intelligitur illa persona, vel cui postulandus est subiectus; vel ad quam pertinet facultas, in impedimento, quòd ligatur postulandus, dispensandi.

Dixi IV. *ut personam, de se impeditam*. Ubi 10. gemina adverto. Primum est: personam postulandam posse esse bitariam impeditam; vel quia laborat verò impedimento Canonico; vel quia non est proprii arbitrii, sed ab alterius iudicio in suis dispositionibus, & actionibus dependet; id quod in *sect. 2. & 3.* magis enodabitur. Alterum est: novam iterum 11. differentiam inter Electionem & Postulationem ratione personæ idoneæ & impeditæ cerni, quæ tamen cap. 1. num. 10. jam insinuata est.

Dixi V. *ad Prælaturam Ecclesiæ viduatae*. Postulatio siquidem, Electionis adinstar, non in qualibet Ecclesiæ, sed viduata, seu sponsò vel quasi-destituta, locum reperit per dicta in d. cap. 1. n. 11. Glossa ad cap. *quia propter 42. v. viduatis de Elect.*

Dixi VI. *admittat*. Quod fieri solet, aut 13. dispensationem, si verum impedimentum subsit, indulgendò; aut, si nullum quidem impedimentum, sed subiectionem habeat persona postulanda, licentiam concedendò.

§. II.

Quam facultatem habeant postulandi?

Pro regula hic traditur: omnes postulandi facultatem habere, quibus eligendi jus competit. Laymann *quæst. Canon. 4.* Gonzalez ad cap. *bona memoria 3. h. 1. num. 13.* Magnif. P. König *cod. tit. num. 4.* Colligitur hæc regula ex cap. *ad hæc 1. in fin. cap. gratum 2. & cap. bona memoria 4. h. 1.* Ejusque ratio repetitur ex num. 4. quia Postulatio & Electio ob unitatem finis, provisionem nempe in Ecclesiæ vacante instituendam, ex dispositione Juris pro actibus subordinatis & connexis reputantur. Ex quo

15. Sequitur I. compromissarius, ad eligendum unanimiti consensu Capituli delegatos, censeri etiam facultate postulandi instructos esse. Barbosa in *collellan. ad cap. mox referendum n. 5.* Passerin. de *Elect. cap. 24. n. 7.* Leuren. q. 217. num. 2. Casus hujus sequela refertur, &

approbatur in cap. *in causis 30. de Elect.* ubi tres ex compromissariis, in quos tota potestas eligendi erat à Capitulo Tholofanensi devoluta, Episcopum Convennarum designarunt; dein de Electionem, quam de postulando Episcopo facerant (verba sunt *cit. cap. Capitulo publicarunt*). Res ad S. Pontificem perlatã, ille rescripsit: Episcopum Convennarum posse, solutò vinculo, quò Ecclesiæ suæ adstrictus erat, ad Ecclesiam Tholofanensem transire: quia Postulatio, qua de ipso præceperat, facta erat per eos, in quos totum Capitulum eligendi transulerat potestatem.

Sequitur II. procuratorem, cui potestas eligendi à suo principali demandata fuit, æquè postulandi ac eligendi potestatem habere. Gonzalez *cit. n. 13.* Textus & ratio jam dati sunt.

Neque obloquitur textus in cap. *innocentius 20. de Elect. Z z 3*

de Elect. ubi procurator, ad petendam Confirmationem datus, non censetur datus ad postulandam dispensationem: nam ibi questio non vertebar de potestate, sed voluntate postulandi, dum Capitulum eligendū illegitimè narum, nolebat postulare, sed potiùs electi Confirmationem urgere: neque procuratorem ad postulandum vel eligendum constituit, sed ad Confirmationem sollicitandam ad Sedem Apostolicam ablegavit.

- 19 Sequitur III. eos, qui diurnò, & per annos 40. continuatò ulu, jus eligendi præscriperunt, jus quoque postulandi præscripsit. Abbas Panorm. ad cap. bona memoria 4. n. 4. h. t. Balbus de Praescript. l. p. quinta princ. q. 8. n. 8. Passerinus de Elect. q. 24. n. 7. Layman cit. q. 4. König d. I. Tamen enim interea temporis nulla postulandi fuerit occasio, sique juris postulandi nulla fuerit possessio explicita & directa: attamen fuit possessio implicita, indirecta, & ex consequenti, quatenus jus eligendi cum jure postulandi connexum & colligatum est. Quare
- 21 Non obstat I. quòd tantum censeatur præscriptum, quantum erat possessum cap. cum olim 18. de Praescript. cap. sine 3. de Reg. 7. in 6.
- 22 Nam, ut proximè dictum est, qui possedit jus eligendi, possedit quoque per consequentiam jus postulandi, cum jure eligendi ex dispositio-

ne SS. Canonum conjunctum: eòdem ferè modò, quò is, qui decimas præscripsit, decimas quoque novalium improprie talium præscripsit: quia possidendò decimas fructuum unius speciei, etiam decimas fructuum albertium speciei, tanquam ad unum genus subalternum pertinentes, possedit: ne una eademque substantia diversò jure censeatur, contra cap. cum in sua 30. de Decim. Vide tract. II. de Praescript. cap. 4. n. 430. & seqq.

Non obstat II. quòd ille, qui decimas præscripsit, nequeat decimas novalium, propriè talium, ex post facto, completò jam præscriptionis tempore, exsurgentium, percipere cap. cum contingat 29. cit. tit. de Decim. Hoc enim ideò dispositum est: quia, ut notavimus in alleg. tract. cap. 4. n. 434. & seqq. præscribens decimas in fundis fertilibus nullas decimas in fundis sterilibus possedit. Hinc, licet ejusmodi fundi postea redigantur ad culturam, ac novalia propriè dicta excolantur, attamen ad illos jus decimandi, præscriptione acquisitum, extendi non potest: quia fieret extensio de subjecto uno ad alterum, de possessio ad non possessum: cum econtrà, qui longevò exercitò præscripsit jus eligendi in Ecclesia A. v. g. illud non extendere ad Ecclesiam B. sed tantum in Ecclesia A. magis explicare magisque exercere intendat.

§. III.

Qualem effectum habeat Postulatio?

- 27 Cum ex num. 6. compertum sit, Postulationem in gratia, non justitia fundatam esse; Postulatio (saltem solennis) etiam concorditer facta, nullum postulato jus tribuit, priusquam à Superiore fuerit ratihabita cap. bona 4. & cap. postulationem 5. ibi: per Postulationem hujusmodi nullum jus &c. h. t.
- 28 Consequens huic est, quòd postulantem variare, ac neglectà Postulatione, vel ad novam Postulationem, vel ad Electionem procedere valeant, si Postulatio necdum Superiore sit præsentata. Quòd enim in Electione nequeant resistere Electores, postquam serutinium est publicatum cap. publicatò 58. de Elect. & multò magis, postquam electus in Electionem præstitit consensum cap. cum inter 21. & Dist. vestra mandamus eod. tit. unica est ratio: quia electo jam est jus questum. Ergo, quia postulato, ante Superioris admissionem, nullum est jus questum, postulantibus non est interdicta variatio. Panormitan in cit. cap. bona 4. n. 10. Passer. de Elect. cap. 24. n. 16. Wagnereck in Exeg. ad cap. bona 4. h. t. & postquam autem, & communissimè DD.
- 30 An verò etiam tunc variare possint postulantes, quando postulatus in Postulationem eatenus, quatenus poterat, consensit? Dubium esse, dicit Passerinus cit. cap. n. 17. non ab aliquo hæcenus tractatum. Ratio verò dubitandi est: quia, licet Postulatio non det jus ad Prælaturam, viam nihilominus ad illam parat, & dat posse velut proximum, ac

impe-

tale, ut non desint, qui dicant, Superiorem teneri Postulationem admittere, si concors sit, & Ecclesie utilis ac necessaria. Hoc igitur posse proximum, dignum æstimatione, si donetur, & donatio acceptetur, non poterit, salvà conscientia, revocari: quia donatio acceptata est irrevocabilis.

At infirmior est hæc ratio, quam ut recessum à regula vincat. Enimverò illud posse proximum non confertur à Postulatione, sed antehæc jam adfuisse supponitur: eò quòd Postulatio ex parte postulantium nec esse nec posse tribuat, sed omnem vim ac virtutem ex gratia Superioris adipiscatur. Neque verum est, quòd postulantes postulato Postulationem donent per modum pacti vel conventionis sine qua non eò sine requirunt, ut sciant, an Postulationem in eventum ratihabitionis, à Superiore impetientur, acceptare velit. Passer. d. num. 17. P. Engel ad h. t. num. 5.

Existimo tamen cum Glossa in cap. bona 3. & in tanta, quam citat, & tucetur Passer. cit. l. num. 19. postulantibus in foro conscientie non licere, sine causa rationabili à Postulatione recedere, si jam præsentata sit postulatio, & acceptata, sive non. Non enim negari potest, quin talis recessus tam postulato, quam postulantibus probrosus sit: cum isti, quod semel placuit, inconsultò revocent; ille verò, de quo suspicio nasci potest, ne forte interea

impedimentum aliquod innoverit, dispensationem subeat sine excommunicatione. Ut adeò procedere hic debeat regula ex cap. militare 33. de R. l. in 6. in alterius detrimentum consilium mutari non posse. Ad stipulanti Leurenium q. 212. n. 5. & Reiffenstuel h. t. n. 19.

36 Sed, an sumptus, si quos postulatus pro impetranda admissione fecerit, postulantes refundere teneantur? Major est questio. Panormitanus in cap. bona 4. n. 13. P. Verani ad h. t. n. 10. negativè patrocinium accommodare videntur, ex duplici ratione: primò, quòd magis suum, quam Ecclesie negotium gesserit. Secundò, quòd nulla necessitas, sed vanitas & ambitio fuerit, expensas erogare pro dignitate, ad quam nullum suppetebat jus, obtinenda. Passerinus ex adverso stare, & assertivam propugnare videtur. Ejus ratio est: tum quia ambitionis insulari non potest postulatus, quòd ad Prælaturam, ad quam non spontaneè intrusione, sed DEI ordinatione, per Vota Capituli præsumptivè manifestata, se vocatum agnoscit, consequendam, licita apponat media: tum quia ambitio, si qua lateret, non officeret, quò minus impense, in gratiam Capituli magis, quam commodum propriam factæ, & repeti possint à Capitulò. quòd suo dissenso & illicita variatione illarum cauta est.

37 Posteriori sententiæ cum Leurenio q. 213. & P. Reiffenstuel cit. l. n. 19. impensè faveo, si impense, pro Postulatione profectuenda, sciente & consentiente Capitulo, sint factæ, juxta textum opportunum in cap. cupientes 16. §. denique de Elect. in 6. ibi: postulantes ipsi concorditer vel discorditer expensas ipsas personis talibus subministrant. Tunc enim verum est dicere, quòd Capitulum & causa fuerit talium expensarum, & suum illis consodium quæverit.

38 Dixi superius: postulantem (validè) à Postulatione recedere posse, nisi Superiori præsentata jam fuerit. Enimverò, licet præsentatio Postula-

tionis, facta Superiore, non majus jus postulato tribuat, quam antehabuerit: ne tamen postulantes Superiore illud esse voluisse præsumantur, nequeunt post præsentationem amplius mutare propositum, sed ulteriorem Superiores resolutionem expectare teneantur d. cap. bona 4. & si enim &c. h. t. Fagnanus ad cap. bona 3. n. 49. & 50. D. Braun h. t. p. 46.

Si verò Postulatio non tantum postulat, sed etiam arbitriò Superioris admittitur, sed jus acquiritur postulato tam ad rem, quam in re, adeò ut ulteriori Confirmatione opus non habeat arg. d. cap. bona 4. in fin. & cap. gratum 2. h. t. supposito, quòd jus Confirmandi penes Superiorem exiterit. Panormitanus, statim citandus, Passerinus cap. 24. de Elect. num. 6. Leur. in foro benef. part. 2. sect. 1. cap. 1. n. 203. Caninius in summa ad h. t. n. 2. Joannes Honor. ibi l. n. 9.

Quod idè supponendum: quia in Postulatione minus solenni nova Confirmatio subinde requiritur: utpote cum in potestate Superioris licentiam acceptandam Electionem indulgens, sæpe non sit, eandem simul confirmare. Panormitanus ad cap. adhuc l. h. t. n. 4.

Queres: an Postulatio à Superiore admitti debet?

Resp. Postulationem ex debito rigorosè justitiæ nunquam à Superiore admitti debere per textum rotundum in d. cap. bona 4. §. licet h. t. eam tamen ex debito justitiæ legalis admittendam esse, si persona postulata vel necessaria, vel summè proficua credatur Ecclesie; & si negetur, negantem à Superiore, si quem habeat, per implorationem officii compelli posse arg. cap. nullus 17. de Jure Patronatus, quia gratiam facere, quando necessitas vel utilitas suadet, non tam actus gratiæ, quam justitiæ legalis est. Panormitanus ad cap. bona 2. h. t. n. 14. Layman. q. 8. P. Engel h. t. num. 9. Leurenium q. 229. num. 1. & 2. ac novissimè Clariff. P. Schmalzgrueber ad h. t. n. 14.

SECTIO II.

De Postulatione Solenni.

SUMMARIÆ.

43. Describitur Postulatio solennis. 44. & seqq. Supponit personam impediam. 46. & seqq. Et impedimentum dispensabile. 52. Ostenditur, quale impedimentum sit tale. 53. & seqq. Dòctrina contraria notatur. 55. Varia questio. 56. & seqq. Episcopi consecrati solennitè postulantibus sunt. 58. & seqq. Etiam confirmati. 62. & seqq. Non tamen electi. 72. & seqq. Neque resignati. 78. & seqq. Titulari indigent Postulatione. 83. & seqq. Illi, qui licentiam habent, à sua Ecclesia transmitti ad aliam, non indigent. 92. & seqq. Multifaria sententia de Cardinalibus non-Episcopis. 100. & seqq. Consideratur, quòd solennitè postulari non debeant. 110. & seqq. Sed in solennitè. 113. & seqq.

In Postulatione una ex triplici Electionis forma est adhibenda. 118. & seqq. Si adhibeatur serutinium, & Postulatio sit sola, sufficit consensus majoris partis. 120. & seqq. Textus oppositè conciliantur. 123. & seqq. Sin autem Postulatio cum Electione concertatur, due tertio requiruntur. 126. & seqq. Multiplex responsio ad cap. 40. De Elect. resistitur. 137. & seqq. Electio, à majore, quam tertio parte celebrata, in tali concursu sustinetur. 142. & seqq. Exponitur textus in cap. un. h. t. in 6. 146. & seqq. Postulatio debet intrā octiduum intimari postulatione. 148. & seqq. Et iste summi animo intrā mensem declarare tenetur. 150. & seqq. Parva in eos, qui postulant indigentem, statimetur.

§ I.

Quid sit Postulatio solennis; & quinam solemniter postulari possint, & debeant?

- 43 Postulatio ex receptissimo Classicorum more dividitur in Solennem, & minus Solennem, seu simplicem. De minus Solenni dicemus in *scilicet*, seq. Solennis, de qua in ista *scilicet*. est petitio Capituli, ad Superiorem directa, ut personam, impedimentis Canonico ligatam, ad Prælatum Ecclesiæ viduatæ dispensative admittat.
- 44 Dixi: ut personam, impedimentis Canonico ligatam &c. Debet itaque persona, solemniter postulanda, verò impedimentis Juris, quod ipsam efficiat ineligibilem, ligata esse, adeò tamen, ut in illo impedimento possit & soleat dispensari Superior. Debet quoque in Postulatione, ad Superiorem destinata, illud impedimentum, imò, si plura subsint, omnia sigillatim exprimi, quatenus Superior dispensans sciat, ad admissionem, vel potius rejectionem postulatum mereatur. Ex quo
- 46 Deducitur I. personam, quæ laborat impedimento, ex Jure Divino vel Naturali inducto, quale est v. g. infidelitas, hæresis, amentia, furor, ruditas, & omnimoda literarum carentia, postulari non posse. P. Laymann *cit. l. q. 2. P. Engel ad h. t. num. 10. P. König ibid. n. 7.*
- 47 Ratio est: quia incassum postulari dispensatio, & gratis petitur gratia, quam Superior concedere nequit. Sed quando persona postulanda laborat impedimento, ex Jure Divino vel Naturali oriundo, nequit Superior gratiam vel dispensationem concedere. Ergo &c.
- 48 Deducitur II. personam, impedimento Canonico, & à Lege tantum Ecclesiastica introducto, sed tali, in quo dispensari non solet, ligatam, non rectè postulari. Auctores *cit.*
- 49 Ratio est: quia postulantes abutuntur suâ potestate, parvi habent utilitatem Ecclesiæ, imò damnificant Ecclesiâ, talem personam postulandò, cù qua dispensari nò solet: donec enim Postulatio Superiori intimeret, & illius admisso frustra speretur, Ecclesiâ, pastore destituta, & multisq; periculis exposita manet. Hujus generis impedimenta sunt cassatio Postulationis ob vitium personæ *cap. gratum 2. h. t. bigamia cap. nisi 10. circa med. §. persona verò irregularitas de Renuntiatis. mutilatio cap. exposuisti 6. de Corpore*

Viat. violatio interdicti Ecclesiastici *cap. ad hac 1. h. t. ætas minor 27. annis respectu Ecclesiarum Cathedralium Extravag. nn. h. t. inter communi. Professio Religiosa, in Ordine Mendicantium emissâ, respectu Ecclesiarum Cathedrali inferiorum d. Extravag. nn. Et denique omnia impedimenta, quæ oriuntur ex crimine, de quibus in *cap. 1. a. num. 248. per cap. gratum 2. h. t. & cap. scriptum 40. §. si verò de Elect.**

Quoad autem prius de ætate 27. annorum respectu Cathedralium Ecclesiarum vigore Extravag. nn. h. t. diximus, id ad Magnos Principes non pertinere, in factis consultus docuit P. Wex, ut legendus est in *Adriane Carolino Canon. p. 4. decad. 1. casu 2. vel quod nunquam similes Magnates comprehenderit, vel quod perconiuetudinem contrariam eadem Extravagans fuerit immutata, vel potius (ut sententiæ P. Wieselner ad h. t. n. 9. & P. Schmalzgruber ibid. n. 7.) quòd ejusmodi personæ jam antecedenter dispensationem super ætatem impetraverint.*

Deducitur III. postulari posse & debere, qui patiuntur defectum dispensabilem, cujusmodi sunt defectus natalium *cap. innotuit 20. de Elect. defectus Ordinis requisiti arg. cap. dudum 22. eod. tit. defectus ætatis arg. cit. Extravag. nn. h. t. defectus Professionis Religiosæ in eodem Ordine, in quo Prælatura vacat Clem. cum rationi 1. de Elect. Videantur Panormit. ad cap. ult. h. t. n. 8. propriè fin. Fagnanus in cap. bone 3. an. 16.*

De cætero non satis assequor, quòd fundamentò asserit P. Verani *h. t. §. 1. n. 6.* quòd Laici, illegitimè nati, non-professi, Episcopi &c. de quibus statim, nec eligi nec postulari possint: sic enim sequeretur, Postulationem in nullo casu possibilem esse: utpote cum alii casus, præter relatos, excogitari nequeant. Certè non est referendus textus, qui personas enumeratas arceat à Postulatione: quin potius è contrario colligitur ex data regula, ejusmodi personas, cum impedimentò dispensabili laboreat, postulabiles esse, ut *cit. author ipsem admittit §. 2. num. 1. & seqq.*

§ II.

Qualiter Episcopi postulari debeant?

- 55 Quæstio esse potest I. de Episcopis Consecratis. II. de Confirmatis. III. de Electis. IV. de Resignatis. V. de Titularibus, quales in nostris partibus sunt Episcoporum Suffraganei. VI. de illis, qui à S. Pontifice licentiam impetrarunt, ab Episcopatu suo ad alium transeundi. Atque ut singulas quæstiones in singulari expediam,
- 56 Dico I. Episcopi Consecrati solenniter postulandi sunt. Ita universi. Textus com-

plures sunt in *cap. Osus 10. & seq. Diff. 61. cap. bona memoria 3. & 4. h. t. cap. bona memoria 23. cap. in casu 10. cap. scriptum 40. de Elect. cap. post translationem 11. de Renuntiatis.* Ratio datur in *cap. inter corporalia 2. & cap. ult. de Translat. Ep. quia inter Episcopum & Ecclesiam intercedit matrimonium spirituale, quod in Electione initiatum, in Confirmatione ratum, in Consecratione consummatum dicitur: ratione hujus Episcopus Consecratus tenetur*

adhærere

- adhærere Ecclesiæ, sicut vir uxori; nec potest Ecclesiam, quemadmodum nec maritus uxorem, dimittere prius, quàm vinculum matrimonii solutum fuerit *cap. sicut vir 11. VII. q. 1. Ergo Episcopus Consecratus, tanquam persona impedita, non potest eligi, sed postulari debet.*
- 58 Dico II. Episcopi, Confirmati tantum, æquè ac Consecrati, postulari debent. Ita rursus universi. Textus & ratio in *cit. cap. inter corporalia 2. & cap. ult. de Translat. Episc.* quia videlicet spirituale matrimonium Episcopi cum Ecclesiâ quoad substantiam jam est ratum & perfectum, posteaquàm Confirmationem adeptus est: sicut matrimonium carnale viri cum femina jam est perfectum quoad substantiam, quando per mutuum consensum de præteriti ratum & confirmatum est: non minus enim Episcopus per Confirmationem acquirit jus in re in corpore mystico suæ Ecclesiæ, quàm conjuges per consensum mutuum de præteriti jus in re in corpore carnali. Ergo, sicut matrimonium ratum inducit vinculum, ab alio, quàm Summo Pontifice, non solubile: ita & Confirmatio producit ligamen, aliâ, quàm autoritate Pontificâ, inextricabile.
- 60 Neque refragat textus in *cap. quoniam 1. Diff. 100.* ubi, dum Pontifex asserit, Ecclesiam Episcopalem ante Consecrationem adhuc esse viduatam, concludi posse videtur, antè Consecrationem necdum esse absolutum matrimonium Episcopi cum Ecclesiâ: quippe cum Ecclesiâ non rectè dicatur vidua, quæ sponsium de præteriti habet. Nam authentica explanationem hujus textus ipsemet Innocentius III. in *cit. cap. corporalia 2. sed neque ipsud &c. de Translat. suppeditat, quòd videlicet Ecclesiâ non intelligatur vidua, quasi sponsium non habeat, sed, quia sponsus ejus nondum sit Consecratus, adhuc quoad quædam quasi viri maneat solatus destituta: sicut juxta communem modum loquendi dicitur Ecclesiâ viduata, quæ licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.*
- 62 Dico III. Episcopi, tantum Electi, non postulandi, sed eligendi sunt. Abbas in *cap. ult. h. t. n. 7. §. Secundò.* Passer. *de Elect. cap. 24. n. 36. Leur. q. 221. n. 3. Schamb. ad h. t. n. 10.* Ratio est I. quia, ubi non est verum matrimonium, non est ligamen conjugale. Sed inter Episcopum Electum tantum & Ecclesiam non est verum matrimonium per *cap. ult. de Translat. & cap. cum inter 21. de Elect.* in quibus locis dicitur, inter Episcopum Electum & Ecclesiam matrimonium initiari, & quasi conjugale vinculum spiritualiter contrahi: quia licet per consensum in Electionem solummodò jus ad rem, non etiam in re consequitur Episcopus juxta *cap. 1. n. 481.* Ergo nullum est ligamen conjugale, quòd Electioni refragetur. Ratio est II. quia, qui liberè transire potest ad Ecclesiam, ad quam per vota Capitularium vocatur, ille postulari non debet. Sed Electus tantum liberè potest transire ad Ecclesiam, ad quam

P. SCHMIDT JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

per vota Capitularium vocatur, eò ipsò, quia Electioni ante Confirmationem liberè renuntiare potest, secundum apertam declarationem *cap. si Electus 26. de Elect. in 6. Ergo &c.*

Oppones I. non est vinculum majus inter Episcopum Consecratum cum Ecclesiâ, quàm inter Episcopum Electum tantum, prout ex *cit. cap. inter corporalia de Translat.* deducitur, ibi: non est majus vinculum Episcopi ad Ecclesiam, quàm Electi, maxime cum fuerit Confirmatus. Ergo non minus Electus, quàm Confirmatus & Consecratus Episcopus, solenniter est postulandus.

Resp. esse utique majus vinculum Consecrati, quàm Electi tantum: cum Consecratus Confirmationem & cum ista jus in re acquirit habeat; Electio verò, solitarie spectata, præter jus ad rem operetur nihil. Neque in alleg. loc. aliquid aliud constitutum reperio: cum, textu integrò perlectò, deprehendam, non cum Electis tantum, sed cum Electis & Confirmatis ex una, nec non Consecratis ex altera parte, quoad paritatem vinculi matrimonialis collationem fieri, ut innotent verba: sicut autem Episcopus Consecratus suam non debet Ecclesiam relinquere, sic & Electus Confirmatus: cum non debeat in dubium revocari, quin post Electionem & Confirmationem Canonice inter personas Eligentium & Electi conjugium sit spirituale contractum. Et paulò post: sicut ergo Episcoporum translatio, sic & Electorum post Confirmationem (spiritualis conjugii ratione) soli est Romano Pontifici reservata. Et licet particula maxime ut plurimum implicativa & augmentativa sit, includens duos casus, unum magis & alterum minus dubitabilem, ut notavit Barbosa in *tradi. de Diction. usque frequenter. dist. maxime n. 1. & seqq.* Nihilominus quandoque etiam taxative ponitur, ac idem significat, quod tantum: quandoque verò ex superabundanti ad majorem explicationem & dilucidationem usurpatur per textum in *l. pen. in §. maxime circa ultima elogia Cod. de Testament. Barbosa cit. l. n. 8. & 10.*

Oppones II. sicut se habent sponsalia ad matrimonium carnale, sic se habet Electio ad matrimonium spirituale *arg. cit. cap. ult. de Translat. & cap. cum inter 21. de Elect.* Atque sponsalia constituunt impedimentum impediens matrimonium carnale, & sponsalia de futuro respectu alterius sponse non tantum prohibent, sed etiam irritant. Ergo & Electio erit impedimentum impediens matrimonium spirituale, & Electionem respectu alterius Ecclesiæ non tantum prohibitam, sed etiam irritam faciet.

Resp. inter sponsalia & Electionem esse similitudinem, non sine dissimilitudine. Similitudo est, quòd non secus Electio, quàm sponsalia, producat jus ad rem, ratione cujus Ecclesiâ Electo alteri deponitur, ut absque injuria nequeat iteri deponeri. Dissimilitudo est, quòd sponsalia mystica, per Electionem contracta, consistunt unilateraliter tantum, vel, si loqui placeat, bilateraliter, sed conditio-

Aaa

nato

nato tantum consensu, quatenus non Ecclesie (seu Electoribus Ecclesie nomine) sed Electo liberum est, aut cedere, aut Confirmationem petere. cap. si Electio 26. de Elect. in 6. At sponsalia carnalia absolutio & mutuo sponsio & sponsio consensu perficitur ; & quibus proinde, sine mutuo dissenso, resistere, nec sponsio nec sponsio regulariter est concessum.

72 Dico IV. Episcopi Resignati ad aliam Ecclesiam Cathedrali non Postulatione, sed Electione promovendi sunt. Abbas in cap. ult. h. t. n. 7. Passerinus d. cap. n. 35. Reiffenstuel ad h. t. n. 38. Ratio petitur tam ex d. cap. inter corporalia de. Translat. ubi supponitur, Episcopum Resignatum esse nullius Ecclesie Episcopum, atque adeo ab omni vinculo conjugii liberum : quam ex cap. nisi 10. de Resignat. in fin. ubi supponitur, per facultatem resignandi à S. Pontifice acceptam, dissolvi nexum cum Ecclesia; alioquin ejusdem Ecclesie duo Episcopi, atque ejusdem uxoris duo forent sponsi contra cap. sicut vir 11. & cap. sicut alterius 39. vll. q. 1.

74 Dices : Episcopi, semel Consecrati, characterem indeliblem receperunt, vi cujus retinent perpetuum jus ad suam Ecclesiam, ad quam redire post mortem debent, si illos à mortuis resuscitari contingeret, ut notat Zosius ad tit. de Translat. n. 3. Ergo, non obstante renuntiatione, Episcopi manent alligati suis Ecclesiis, & sic ineligibiles.

75 Resp. ex sensu & sententia S. Pontificis in cit. cap. inter corporalia Consecrationem non superaddere majus vinculum Episcopo, jam Consecrato ; adeoque nec characterem indeliblem vinculum, Confirmatione inductum, roborari. Nec crediderim, Episcopum Resignatum, si moreretur, & à mortuis resurgeret, debere ad suam Ecclesiam redire : sequeretur enim contra cit. cap. sicut vir & cap. sicut alterius, quod Ecclesia esset binuba, & duorum maritorum sponsa.

77 Nec (quod amplius est) crediderim, Episcopum, sine resignatione mortuum, ad relictam Ecclesiam accessum habere, posteaquam alteri desponsata est : cum & istud calu necessum foret, bina matrimonium cum una & celebrari & continuari.

78 Dico V. Episcopi Titulares (si privilegium eligibilitatis non habeant, sicut communiter habere dicuntur) æquæ ac actuales, postulari debent. Gonzalez ad cap. cit. inter corporalia sub n. 3. P. Wiestner ad h. t. n. 11. P. Reiffenstuel ibid. n. 41. & seqq. P. Verani

79 edd. tit. §. 2. n. 7. & 8. Ratio est : quia Episcopi Titulares, sicut actuales, sunt veri Episcopi per cap. legimus 24. §. ubiqueque Dist. 93. cap. sicut alterius 39. cap. pastoralis 42. vll. q. 1. Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 1. Ergo habent verum matrimonium cum sua Ecclesia, in partibus infidelium existente, utpote ad quam ordinari, & insularum Episcoporum consecrari solent, ut constat ex Pontificali Romano tit. de Consecrat. Electi in Episo.

80 Instabis : ubi non acquiritur jus in re, non

contrahitur matrimonium. Sed Episcopis Titularibus non acquiritur jus in re in Ecclesiis, infidelium potestati subiectis : nam tales Ecclesie, cum careant Clero & populo Clement. in plerisque §. de Elect. Concil. Trident. cit. sess. cap. 2. carent quoque juribus Episcopalibus, quæ sine Clero & populo nequeunt exerceri.

81 Resp. negandò minorem. Nam Episcoporum Titularium Ecclesie, quantumvis infidelium ditioni suppositæ, manent adhuc Ecclesie Cathedrales per cit. Clement. §. Volentis igitur &c. possuntque, disponentibus Superis, & coadjutantibus Principibus Christianis, de novo ad manus Catholicorum transferri : quò casu Episcopi Titulares vi sui matrimonii tenentur ad tales Ecclesias se committere, illiusque velut sponsis cohabitare cap. sicut alterius 39. & cap. pastoralis 42. vll. q. 1.

82 Quamvis igitur tales Ecclesie actu nec populum nec iura spiritualia habeant; habent nihilominus in hæc habitu & radice : sicut, si unus ex conjugibus, alterò consentiente, Religionem solenniter profiteatur, iura conjugalia non in actu & exercitio, sed in habitu tamen & radice, persistere dicuntur.

83 Dico VI. Episcopi, qui licentiam à Sede Apostolica impetrarunt, à sua Ecclesia ad aliam transeundi, libere possunt eligi. Layman quest. Cas. 10. resp. 1. Ratio est : quia Episcopi ideo postulari debent, quòd nequeant sine consensu S. Pontificis à suis Ecclesiis discedere. Ergo, si licentiam à Sede Apostolica obtinuerint, à sua Ecclesia ad aliam transeundi, postulari amplius non debent. Confirmatur. Qui privilegium eligibilitatis est affectus, iste est eligibilis. Sed, qui licentiam à Pontifice habet, suam dimittendi Ecclesiam, privilegium eligibilitatis est affectus. Ergo &c. Promovetur argumentum. Qui facultatem habet, suam deferendi uxorem, ille potest pro suo libitu aliam ducere. Ergo etiam, qui facultatem habet, suam deferendi Ecclesiam, ille potest pro suo libitu ad aliam accedere. Sed, qui ad Ecclesiam, in qua sit Electio, suo arbitrio potest accedere, ille, tanquam non impeditus, est revera eligibilis. Ergo &c.

85 Dices cum Autoribus adversæ sententiæ, inter quos est Panormitanus ad cap. ult. de Translat. Ep. n. 18. Magnif. D. P. König ad h. t. n. 8. I. qui adhuc ligatus est vinculo spiritualis matrimonii, nondum est eligibilis. At, qui licentiam obtinuit, transeundi ad aliam Ecclesiam, adhuc ligatur vinculo spiritualis matrimonii, utpote quod non ex toto, fed tantum ex parte sublatum est, quatenus Episcopus, tali licentia instructus, statim Postulationi consentire potest, antequam consentire prohibitus cap. cupientes 16. §. denique de Elect. in 6. Ergo &c.

87 Resp. negandò minorem. Enimverò licentia taliter transeundi ita est interpretanda, ut verosimili menti dantis & petentis conveniat. Sed verosimilis mens petentis talem licentiam est

est, desiderare solutionem impedimenti, ut absque dispensatione eligi possit, nec Postulatione indigeat : similiter & mens est concedentis, ut petens in casu, quò ad novam vocaretur Ecclesiam, non obstante ligamine, fieret eligibilis. Ergo impedimentum non ex parte, sed ex toto sublatum est. Certè qui jus habet, ex Postulatione quasitum, is capax ejusemodi juris esse debet. Cùm igitur ex ipsa Adversariorum confessione Episcopus, licentiam transeundi consecutus, habeat jus quasitum, ratione cujus nec postulantès variare, nec Pontifex approbationem denegare potest, ille erit capax ejusemodi juris, & ita liber ab impedimento, cum quo capacitas illa componi nequit.

88 Dices II. in cap. ult. de Translat. refertur casus de Episcopo Hildesensi, quòd ille vigore licentiæ, quam à Pontifice habebat, transeundi ad aliam Ecclesiam, à Canonicis Herbipolenis Ecclesie vocatus, absque ulteriori Sedis Apostolicæ comprobatione, autoritate & propriâ ad Ecclesiam Herbipolensem transiverit : & tamen Innocentius III. (ut videre est in lectura integra apud Gonzalez in cit. cap.) jubet illum Episcopum excommunicari. Quod signum est perspicuum, eum postulandum, non eligendum fuisse.

89 Titulo, cum quo matrimonialiter non magis conjungitur, quam aliquis Prelatus Regularis cum sua Ecclesia. Cardinalis Zabarella, quem allegat Clariss. D. Antecessor, P. Joannes Bapt. Ebberth in suo Bello certamine 4. n. 5. tempora antiqua à posterioribus separata, ac olim Cardinales, tanquam Episcopis inferiores, eligendos; hodie verò, tanquam Episcopis superiores, postulandos esse, contendit.

90 P. Layman. quest. 11. P. Leur. q. 222. num. 1. P. Pirthing ad h. t. n. 11. D. Schambogen ibid. num. 12. & 13. Clariss. P. Ebberth. cit. l. n. 2. §. Clariss. D. Philippus Braun h. t. p. 42. Clariss. P. Wiestner cap. 16. num. 15. ac novissimè Clariss. P. Schmalzgrueber ad h. t. n. 9. distinguunt inter postulationem sollempnem & simplicem ; cum quibus & ego distinguo, ac

91 Dico I. Cardinalis non-Episcopus solenniter postulari non debet. Probat ex cit. cap. Ecclesie 57. de Elect. in quo, juxta integrum contextum, quem recitat Gonzalez, perhibetur, quòd ex Capitulo Cathalausensi 14. Magistrum G. Presbyterum Cardinalem, Canonicum suum, elegerint. Cujus ratio

92 Titulo conjugium inicit : quamquàm enim Jurisdictionem quasi-Episcopalem ibidem obtineat, attamen eam non tam ex officio pastoralis & jure proprii, quam ex singulari privilegio S. Pontificis exercet : quemadmodum

93 Cardinalis non-Episcopus solenniter postulari non debet. Probat ex cit. cap. Ecclesie 57. de Elect. in quo, juxta integrum contextum, quem recitat Gonzalez, perhibetur, quòd ex Capitulo Cathalausensi 14. Magistrum G. Presbyterum Cardinalem, Canonicum suum, elegerint. Cujus ratio

94 Panormitanus ad cap. Ecclesie 57. de Elect. num. 15. Gonzalez in not. ib. n. 2. in fin. Passerinus de Elect. cap. 28. n. 37. negant, Cardinalem non-Episcopum esse postulandum arg. cit. cap. Ecclesie, ubi proponitur Electio cujusdam Cardinalis, eaque non ex defectu personæ, quasi Cardinalis impedimentò laborasset, sed ex defectu majoris votorum numeri non approbata reperitur. Et ratio est : quia Cardinalis caret impedimentò ligaminis cum suo

95 Cardinalis non-Episcopus solenniter postulari non debet. Probat ex cit. cap. Ecclesie 57. de Elect. in quo, juxta integrum contextum, quem recitat Gonzalez, perhibetur, quòd ex Capitulo Cathalausensi 14. Magistrum G. Presbyterum Cardinalem, Canonicum suum, elegerint. Cujus ratio

Resp. I. in casu proposito non absolutam licentiam Episcopo Hildesensi indultam fuisse, ad quemcunque Ecclesiam transeundi, sed limitatam, transeundi nimirum ad Ecclesiam majorem : ibi : cum in ea (licentia) sit expressum, quòd, si ad majorem vocaretur forsitan dignitate, eam sibi liceret assumere. Unde (inquit Pontifex in cit. textu) licet forsitan aliquibus videatur (eccel non reprobatur, sed potius ut probatam nostram agnoscit sententiam) ut indignitas ipsius occasione ad dignitatem possit transire majorem, ad parem tamen ipsi transire non licet : cum in majori dignitate propter majorem utilitatem facilius solet dispensari.

96 Resp. II. in casu relati cap. non tam de forma & modo eligendi aut postulandi, quàm de Confirmatione electi, aut postulati sermone esse. Cùm enim S. Pontifex in concessione licentiæ expressè sibi referasset examen non solum Postulationis, sed etiam personæ postulate, in verbis : dummodo nihil ei de Canonici obviet institutus &c. Episcopus autem Hildesensis, ante impetratam vel petitam Confirmationem, relicta Hildesensi ad Herbipolensem Ecclesiam, propriâ reverentia, migrasset : sanè diras & indignationem Apostolicam ob temeritatem & inobedientiam ex merito sibi concivit.

§. III.

Num Cardinales S. R. E. postulari, an eligi debeant?

Titulo, cum quo matrimonialiter non magis conjungitur, quam aliquis Prelatus Regularis cum sua Ecclesia.

97 Cardinalis Zabarella, quem allegat Clariss. D. Antecessor, P. Joannes Bapt. Ebberth in suo Bello certamine 4. n. 5. tempora antiqua à posterioribus separata, ac olim Cardinales, tanquam Episcopis inferiores, eligendos; hodie verò, tanquam Episcopis superiores, postulandos esse, contendit.

98 P. Layman. quest. 11. P. Leur. q. 222. num. 1. P. Pirthing ad h. t. n. 11. D. Schambogen ibid. num. 12. & 13. Clariss. P. Ebberth. cit. l. n. 2. §. Clariss. D. Philippus Braun h. t. p. 42. Clariss. P. Wiestner cap. 16. num. 15. ac novissimè Clariss. P. Schmalzgrueber ad h. t. n. 9. distinguunt inter postulationem sollempnem & simplicem ; cum quibus & ego distinguo, ac

99 Dico I. Cardinalis non-Episcopus solenniter postulari non debet. Probat ex cit. cap. Ecclesie 57. de Elect. in quo, juxta integrum contextum, quem recitat Gonzalez, perhibetur, quòd ex Capitulo Cathalausensi 14. Magistrum G. Presbyterum Cardinalem, Canonicum suum, elegerint. Cujus ratio

100 Titulo conjugium inicit : quamquàm enim Jurisdictionem quasi-Episcopalem ibidem obtineat, attamen eam non tam ex officio pastoralis & jure proprii, quam ex singulari privilegio S. Pontificis exercet : quemadmodum

Abbatēs Regulares, & alii, Episcopō inferiorēs, quandoque Jurisdictionem quasi-Episcopalem in suis territorijs habent, non ex officio & jure pastorali, quasi illorum munus ad hoc institutum & creatum esset, sed ex speciali prerogativa & indulgentia S. Pontificis. Neque enim ad alios Prælatos, quàm Episcopos, pertinet, quod Apollolorum Doctor *Autor. cap. 20. §. 28.* pronuntiavit: *attendit vobis, & universis regi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam DEI, quam acquisivit sanguine suo.*

103 Confirmatur. Episcopus duplici potestate fulget, Ordinij & Jurisdictionis. Et, licet una sine altera subsistere possit, ut patet in Episcopo Confirmato tantum; attamen, qui potestatem Jurisdictionis acquisivit, ad acquirendam potestatem Ordinij (nisi dispensetur) sub pœna privationis est obligatus *cap. quam i. dist. 100.* Atque hæc utraque potestas integrat & perficit matrimonium spirituale Episcopi cum Ecclesia: cum non sufficiat, Jurisdictione tantum populum regere, sed etiam necessum sit, administratione Sacramentorum, consecratione, & benedictione, (quæ functiones ex potestate Ordinij fluunt)

104 *ovare, fovere, auxiliari.* Cùm itaque una tantum potestas, scilicet Jurisdictionis, resideat penes Cardinales non-Episcopos; altera verò, nempe Ordinij, nec resideat, nec residere possit aut debeat, non est verum matrimonium inter Cardinales & suos Titulos.

107 Neque verum est, quòd Cardinales Episcopis simpliciter majores sint: five enim potestatem Ordinij five Jurisdictionis respicias, Episcopalis dignitas Cardinalitæ præcellit. Unde in *cap. un. §. per frontis de Sacra unct. Summi Sacerdotis & Vicarii Apollolorum nuncupantur.*

108 Ipse quoque S. Pontifex non Cardinalem, sed

Episcopum se nominat; nec Cardinales non-Episcopos suos fratres, sed solos Episcopos vocat per *cap. quàm gravi 6. de Crim. falsi:* quoniam Episcopatus est quasi genus ad Summum Episcopatum, & Episcopatus subordinatos. Sunt ergo Cardinales tantum secundum quid, 109 & officio magis quàm dignitate Episcopis superiores, quatenus S. Pontificis intimi Consiliarii sunt, nec tantum particularis, sed universalis Ecclesiæ curam & sollicitudinem gerunt. P. Engel ad *rit. de M. & O. n. 18.*

Dico II. Cardinalis Presbyter vel Diaconus simpliciter seu minus solemniter postulandus est. Ita intelligo textum in *cap. bona memoria 3. h. t.* in quo Cardinalis Presbyter S. Prædis unà cum Episcopo Immoletani postulatus fuisse refertur, non quòd utraque Postulatio solennis, sed una, quæ Cardinalem concernebat, simplex & insolennis; altera, quæ Episcopum tangebatur, solennis fuerit; ut patet ex diversitate rationis, quam ibidem assignat Pontifex, dum Cardinalis Postulationem eò solum rejecit: quia illius præsentia utilior credebatur non solum Romani, sed etiam Ecclesiæ generali, tam apud Apostolicam Sedem, quàm apud Ecclesiam Ravennatensem; Episcopi autem Postulationem idèd cassavit: quia competentem votorum numerum non habebat. Et 112 ratio ulterior est: quia, sicut Prælati Regularis suo Monasterio annexi, & Religiosi suo Prælati subiectus est, ratione cujus nequeat unus aut alter in sui Electionem, ante permissionem Superioris, consentire; sicque insolenter postulari debeat uterque: ita & Cardinalis suo Titulo adstrictus, magis tamen lateri S. Pontificis alligatus, eique subiectus est, ut nequeat, illò nesciente vel invito, discedere, aut Electioni ad aliam Ecclesiam consensum præstare: unde postulari debet, sed simpliciter seu insolenniter.

§. IV.

Quà formâ in Postulatione solenni utendum sit?

113 Dico I. In postulatione, sicut in Electione, una ex tribus formis, in *cap. quid. propter 22. de Elect.* præfixis, servanda est. Ita contra Passerinum *cit. cap. num. 9.* Canisium in *summa h. t. n. 3.* Pirhing *h. t. n. 3. l.* Leurenium *q. 207. n. 1.* Reiffenstuel *h. t. n. 59.* & alios, qui putant, sufficere, quòd Capitulum collegialiter, nullò contemptò congregatum, suam voluntatem quomodocunque manifestet, docent Innocent. ad *cap. in causis 30. de Elect. n. 1.* Panormitan. ad *cit. cap. quia propter n. 9.* P. König *h. t. n. 9.* P. Wiefner *ibid. n. 9.* Layman in *quest. cau. 8.* Joann Honor. ad *h. t. n. 1.* P. Schmalzgrueber ad *h. t. n. 17.*

114 Ratio est I. quia ex *num. 4.* Electio & Postulatio inter se connexionem habent, & subordinationem: ut ad eò, quæ de Electione disposita sunt, ad Postulationem quoque, ceteris *paribus*, trahenda sint. II. quia frequentibus Electio cum Postulatione concurrat; sicque modus, in Electione servandus,

etiam in Postulatione servari debet: alioquin necessum erit, actum individuum dividere, ac diversa & monstròsa formâ celebrare. III. 116 quia prorsus abscontem est, Postulationem, quæ odiosa & inaccepta est juri, planè ex-legens, omnibusque Juris regulis exemptam, proclamare velle.

Infertur ex hac sententia, quòd, si Postulatio 117 per scrutinium fiat, debeat aliquis nomine totius Capituli Postulationem hoc vel aliò modò promulgare: ego N. vice presentium postulo &c. sicut de Electione conclusimus in *cap. 1. n. 425.* Leuren. *q. 208. n. 1.*

Dico II. Quando Postulatio per scrutinium 118 instituitur, & sola est, ita ut omnes postulent (licet personas diversas) nullus eligat, major pars votorum respectu totius Capituli sufficit. Panormitanus ad *cap. bona 3. h. t. n. 12.* Gonzalez *ibid. num. 14.* P. Engel *h. t. num. 6. in fin.* P. König *cod. tit. n. 5.* P. Wagnereck ad *cit. cap. §. à minori quàm tertio parte &c.* P. Wiefner

ner *n. 26.* P. Schmalzgrueber *num. 19.* contra Hoffiensem & paucos alios. Ratio unica, sed sufficiens est: quia ex generali regula, in *cap. cum in causis 1. de his, qua sunt à majore parte &c. & l. quod major 19. ff. ad Municipal. tradita,* in actibus Universitatis quæ talis sufficit majoris partis consensus: à qua regula, cum actus Postulationis, si sola sit, nullibi reperitur exceptus, sed potiùs sub regula in *cap. quia propter 42. de Elect.* tacitè comprehensus, actum agit, qui plura, quàm majoris partis Capitalaris vota, requirit in Postulatione.

120 Oppositum innuere videntur textus in *cap. bona 3. & cap. bona 4. h. t.* in quorum priore Innocentius III. reprobat Postulationem, à minore quàm tertio parte factam, ex ratione: quod Sedes Apostolica non consuevit in tanta divisione ac contradictione Postulationem recipere: cum etiam, quando aliqui ad alii unanimiter postulant, ad admittendam Postulationem eorum non tam ex iustitia quam gratia moveatur: in posterius autem jubet idem Pontifex, ut Capitulum Strigonienſe per Electionem Canonicam, vel Postulationem concordem de Archi-Episcopo sibi provideat.

121 Sed neuter ex his textibus fovet intentum. Nam prior Postulationem, à minori quàm tertio parte factam, non idèd rejicit: quia unanimis omnium consensus est necessarius; sed quia, non attentò unanimi omnium consensu, Postulatio adhuc est actus gratiæ non iustitiæ. Adeoque datur intelligi, quòd, cum Postulatio ex necessitate non debeat admitti, quando singuli conformiter postulant; multò minus admitti debeat, quando ne tertio quidem pars in Postulatione concordavit: cum alias gesta à minori, quàm tertio parte, non censentur gesta à tota universitate. Posterior textus per concordem Postulationem non desiderat singulorum, sed majoris partis de Capitulo consensum, à minori parte non impugnatum, juxta explicationem, in *cap. 1. num. 497. datam.*

122 Dico III. Quando Postulatio per scrutinium instituitur, nec sola est, sed cum Electione coneurrit, adeò ut quidam ex Capitalaribus eligant, quidam postulent, non sufficit major pars vororum, sed due terties, sicque ex *24. sedecim* consentire debent. Hæc sententia semper erat communissima, ut perspicuum est ex prolixissimo DD. syllabo, quem pandunt Clariss. & Colendissimi D. Collegæ de Wolleren *Qual. Select. Oenipont. q. 5. n. 13.* ac P. Wex *loc. inferius citandò,* & hodie certissima est, ut opte decisione Apostolicâ Innocentii XI. Pontificis Sanctissimi in Electione Colonienſi moderni Serenissimi Electoris annò 1688. die 15. Septembris roborata.

125 Textus, ad propositum appositus, extat in *cap. scriptum 40. de Elect.* ubi Pontifex negotio Electionis, cum Postulatione mixta, & in Ecclesia Patriarchali Constantinopolitana controverſe, examinandum & dirimendum Maximo Notario delegavit, hæc conditione, ut, si Postulationem duplò majori suffragio

rum numerò celebratam fuisset, deprehenderit, eam confirmet; sin verò eos, qui in Postulatione suffragia contulerunt, ad faciendum duplò majorem numerum simul omnes minime sufficere, perpexerit, Postulatione repulsa, Electionem auctoritate Apostolicâ confirmet.

Neque reponas I. cum Passerino, unicò fe- 126 rè contrariæ opinionis assertore de *Elect. cap. 24. num. 58. & 61.* in hac Decretali non contineri Jus Commune, sed provisionem specialem, & arbitrio partium, hoc est, Capitalarium & Electorum Constantinopolitanorum, alligatam: eò quòd Pontifex Vice Delegato apèrtè mandaverit, ut, si partes consenserint, procedat hoc modò.

Nam contra est I. quia planè insolitum est, 127 in Jurè nostro, ut procedendi modus & forma, præsertim in causis arduis & controverſis, arbitrio partium relinquatur. II. quia 128 S. Pontifex in *cit. cap. Notario suo* in mandatis dederat, ut postulantes, si fortè indignum postulasset, potestate eligendi & postulandi privaret: jam verò inauditum est, sententiam pœnalem ex voluntate puniendorum vim & valorem sortiri. III. quia clauſula citatè 129

Decretalis non partes controverſentes, sed Delegati personas respicit; isque & non alius ejusdem sensus est, quòd, si partes in persona Delegati Apostolici consenserint, neque exceptionem suspicionis opposuerint, ac ex causa legitima recusaverint, illè modò, in præfata Decretali præscriptò, causam litigiosam componere debeat. IV. quia, datò non 130 concessò, quòd Epistola illa Decretalis, ceu Rescriptum iustitiæ, solum ad privatas personas emanaverit, atque inter illas ex proprio consensu jus particulare fecerit: ea nihilominus modò Jus Commune facit, dum in Corpus Juris Commune, à Gregorio IX. redacta, instar aliarum Epistoliarum Decretalis legislativò valore donata, ac pro secula & foro servari iusta est. Cæterò quoniam omnes ferè constitutiones, in 5. Libris Decretalium postatæ, iis exceptis, quæ ex Conciliis Generalibus depromptæ sunt, vi decisivà periclitentur: cum illæ, primitus ad privatos emisse, jus particulare tantum fecerint, ac vim decisivam ab eo demum tempore, quò Corpori Juris insertæ sunt, acceperint.

Neque reponas II. textum in *cap. scriptum 131 40. de Elect.* tanquam antiquiorem per textum in *cap. quia propter 42. eod.* velut recentiorem eatenus esse abrogatum, ut, quæ à majore parte est postulatus aut electus, perinde ac si ab omnibus esset postulatus vel electus, confirmandus sit.

Contra liquidem est: quia primis principiis 132 repugnat, in eodem Juris Volumine & Compilatione, in eodem Titulo, in capitulis, ab uno eodemque Legislatore conditis, recantationem adstruere, præterquam si hoc specificè exprimat, uti in *cap. exigit 2. & cap. seg. de Consil. in 6.* Cùm etiam in diversis 133 compilatione, in diversis titulis, in capitulis diversorum Legislatorum, expediat potiùs,

Jura Juribus concordare, quam Jus unum per alterum abolere. *cap. cum expediat 29. de scriptura*, seu numeri capitulorum (quamquam sufficiens foret signum ad dignoscendum, quodnam alterd prius in lucem emerit) vim abrogandi non haberet: eò quòd in constitutionibus, in Corpore Juris existentibus, non tam ad tempus primæ promulgationis, quam secundæ, quando omnes simul & semel publicatæ sunt, ordinariè respiciantur. Videatur Clariff. D. Stapf. *Quæst. ex Univ. Jure quæst. 1. à n. 9.*

135 Neque reponas III. Postulationem, à tribus ex quinque Episcopis compromissariis factam, Electioni, duobus tantum suffragis celebratæ, expressim præferri in *cap. in causis 30. de Elect.*

136 Enimverò in allegato textu non scrutinii, sed compromissi forma erat observata, in quo statat pluralitas votorum juxta numerum compromissariorum, utpote qui non tam jure proprio, quam delegatò eligunt, aut postulant.

137 An autem Electio, in concursu Postulationis, à majore quam tertia parte celebratæ, tanquam canonica, & jus electo tribuens, subsistat; an magis ex arbitrio Superioris pendeat, vel Electionem vel Postulationem confirmare? Dubitare faciunt divisæ DD. sententiæ. Nihilominus affirmativam quoad prius membrum, quòd nempe talis Electio subsistat, in *cit. cap. scriptum 40.* non obscure resolutam esse, cum Canisio *h. t. n. 3.* P. König *h. t. num. 5.* P. Wiestner *ad h. t. n. 36.* P. Reiffenstuel *ad tit. de Elect. n. 154.* P. Wex in *Ariadne p. 1. dec. 1. cap. 1.* opiner: tum quia in *ead. cap.* jubet Pontifex, Electionem, cum Postulatione, in qua duæ tertiæ non conveniant, conjunctam, & majori quam tertia parte celebratam, autoritate suâ confirmari; ideòque supponit, electò jus acquisitum fuisse, non primum acquirendum: cum confirmatio non det, sed supponat jus præexistens *arg. cap. cum dilecti 4. de Confirmat. ut velimus.* tum quia decisione Innocentii XI. superius relatæ Electio Serenissimi Clementis è Domo Bavarica, in quam ex 24. Capitularibus Colonienfibus (è quibus 23. erant præfentes, procuratore ab eo, qui abfuerat, constitutò) 9. consenserant, tanquam Canonica, est approbata; & Postulatio Eminentissimi Cardinalis de Fürftenberg, ad quam 13. de Capitulo concurrere, cassata; veluti patet ex resolutione Sacræ Congregationis, sequentem in modum conceptâ: *Sacra Congregatio, rebus Confissorialibus præposita, examinato authenticò instrumentò, à Canonici & Capitulo*

Ecclesie Metropolitana Colonienfis tradidit per Syndicum suum Archi-Episcopo Damasceno, Apostolico ad Tractum Rheni Nuntio, in quo à tredem ex viginti quatuor Capitularibus Eminentiss. & Reverendiss. Cardinalibus de Fürstenberg, Episcopum Argentoratensem postulatam, & à novem ex eisdem Capitularibus Serenissimum & Reverendissimum Josephum Clementem ex Bavaria Ducibus, Episcopum Rationensem & Frisingensem in Archi-Episcopum & Electorem Coloniensem vigore Apostolici indulti eligibilitatis, illi præviè concessi, electum fuisse constat; reliquis duobus suffragiis in alias collatis: omnibus maturè & diligentissime perpensis, unanimi Patrum sententia censuit, si Sanctissimo Domino nostro placuerit, præfatâ postulatione de persona ejusdem Cardinalis repulia, confirmandam esse Electionem de persona ejusdem Josephi Clementis, cum clausula supplente omnes defectus, quatenus opus sit: Et, facta relatione, Sanctiss. sua Sacra Congregationis sententiam benignè probavit. Romæ die 15. Septembris 1688.

Cur autem Electio in concursu Postulationis valeat, etiam à minori parte celebrata, ratio solet assignari: quia Electio favorabilior est, quam Postulatio, dum illa recessum à Jure communi facit, ac dispensationem petit in impedimento Canonico; illa quàm proximè Juri Communi accedit, & actus, legitimè gesti, confirmationem & approbationem exigit. Aliter sentiunt Layman *quæst. can. 7.* Engel *ad h. t. num. 7.* Pirhing *ibid. n. 18.* arbitrio Summi Pontificis Postulationem & Electionem committendò.

Dico IV. Quæcunque forma in Postulatione teneatur, non licet has vel similes formulas adhibere: *eligo & postulo; postulo eligendam, eligo postulandum &c.* Alias irrita est Postulatio & Electio, per expressam constitutionem Bonifacii VIII. in *cap. un. h. t. in 6.* Ratio est: quòd similes formulæ & imperfectionem, & contradictionem, & incertitudinem involvant: ideòque non assentientiam, sed potius resentientiam Juris promerentur. Vivianus in *cit. cap.*

Exceptio in ead. constitutione Bonifaciana datur, quando probabiliter dubitatur, si tne persona, quæ ad Ecclesiam assumitur, eligibilis vel postulabilis; sive deinde sit dubium facti, ut si dubitetur, an compleverit ætatem canonicam; sive dubium Juris, veluti si quis ambigereat, an Cardinalis non-Episcopus postulari debeat: quia nec textus nec ratio distinguere finit. P. Pirhing *hic num. 37. not. 6.*

Debet tamen ita, sub alternatione nominatus, se determinare, num vel Electionis vel Postulationis incedendum esse, judicet; nec potest, factâ semel determinatione, consilium suum mutare *d. cap. un.*

§. V.

Qualem effectum producat solennis Postulatio?

146 **A**D Effectum Postulationis solennis reduci potest I. obligatio, quam habent postulantes, ut intra octiduum, si fieri possit, Postulationem intiment postulato, seu verius, po-

stulando per *cap. cum sit 6. cap. cupientes 16. §. denique de Elect. in 6.* Nisi suspensionem 147 triennem à beneficiis incurrere velint *d. cap. cupientes §. denique 8. & negligentes statuta ibidem simili*

similis pena percellat. P. Reiffenstuel *h. t. n. 66.* Revidentur dicta in *cap. 1. n. 478.*

148 Reduci potest II. obligatio, quam habet postulatus, ut intra mensem animum & voluntatem suam de Postulatione, quoad se factâ, declarat. Quamquam enim cogi non possit, ut præcisè consentiat Postulationi *d. cap. cupientes §. denique;* imò secundum Abbatem in *cap. ml. h. t. n. 11.* consentire non valeat, (sub-intellige cum Passerino *cit. cap. 24. n. 13.* consensu absolutò) tenetur nihilominus vel dissentire, aut saltem dicere, quòd arbitrio Superioris sese committat. Passerinus *d. l. n. 15.* ne Ecclesie per longiorem vacaturam grave dispendium patiat. P. Leur. *q. 215.*

149 Penam verò privationis, in *d. cap. quàm sit 6. de Elect. in 6.* constitutam, non habet, quod timeat: ex quo enim jus nullum acquisivit, nullum amittere potest. Licet Superior ex ea negligentiam habeat sufficiens motivum, negandi gratiam, & Postulationem reprobandi. Passerinus *d. n. 15.* Leuren. *q. 216. num. 1.*

150 Reduci potest III. pœna, quam subeunt postulantes, si indignum, seu defectu indispensabili irretitum, cum effectu postulaverint, quòd nempe pro illa vice ipsò Jure pri-

vati sint jure eligendi & postulandi, nec non à beneficiis per triennium suspensi *cap. ad hac 1. in fin. cap. gratum 2. h. t. Extravag. un. eod. inter commun. cap. scriptum 40. Quis verò de Elect. cap. quanto 3. de Translat. & argum. eorum, quæ de eligentibus indignum (quibus postulantes ex generali Electionis & Postulationis connectione æquiparantur) cap. 1. num. 476. præmissa sunt. P. Pirhing *h. t. n. 27.* P. Leuren. *q. 220. n. 1.* P. Verani *ad h. t. n. 27.**

Neque hæc pœna restringenda est cum Passerino *cit. cap. 23. n. 30.* ad eas Postulationes, quæ sunt de personis simpliciter incapacibus; sed etiam amplianda est ad illas, quibus juxta *n. 51. & seq.* personæ, solò Jure positivò inhabiles, non tam facile dispensabiles, petuntur: utroque enim casu Postulatio censetur esse facta de indignis; adeòque & pœna locum habere, in *cit. textibus statuta. Et licet in 152 cit. cap. ad hac 1. & cap. gratum 2. h. t. pœna privationis non dicatur esse latæ, sed ferendæ sententiæ. Resp. tamen cum P. Pirhing *cit. l. 153 n. 7.* esse ferendæ sententiæ, non condemnatoriæ, sed declaratoriæ, adeò ut non tam privandi sint postulantes indignum jure postulandi & eligendi, quàm, ut privatam antea, declarandi.*

SECTIO III.

De Postulatione simplici seu minus solenni.

SUMMARI A.

154 Describitur Postulatio simplex. 155. Supponit, personam eligendam esse idoneam. 156. Alterius lamen Jurisdictioni subjectam. 157. Dispensationem non exigit, sed excludit. 158. & seqq. Religiosus ad Prælaturam alterius Monasterii sui Ordinis non eget Postulatione solenni. 165. & seqq. Nec etiam ad Episcopatum, vel Prælaturas curatas saculares. 168. & seqq. Explicatur Clem. 1. de Elect. 172. & seqq. Prælati Regulares, quando transferuntur ad alias simplici tantum postulatione opus habent. 178. & seqq. Benedictini & Cisterciensis ad Monasteria suorum Ordinum inter se

minus solenniter postulari debent. 189. Idem est de Clericis beneficiis, ab una diocesi transferendis ad alias. 190. & seq. Indicatur forma Postulationis simplicis. 192. & seq. Recitantur verba constitutionis Bonifaciana in cap. 24. de Elect. in 6. 194. & seq. Declaratur, quamnam Electio vel Postulatio censetur in concordia vel discordia fieri. 196. & seq. Explicatur, quamnam Postulatio vel Electio, à minori parte celebrata, non possit à Regularibus acceptari. 204. Postulationis simplicis, Electionem præcedentis. 205. & seq. Item & subsequentis effectus intromatur.

§. I.

Definitur Postulatio simplex.

155 **P**ostulatio simplex, seu minus solennis, est petitio Capituli, ad Superiorem directæ, ut personam, de se idoneam, suæ jurisdictioni tamen subjectam, ad Prælaturam Ecclesiæ viduæ accedere permittat.

156 Dixi I. personam, de se idoneam. Unde patet, Postulationem simplicem Electioni simillimam, sed Postulationem solenni valde dissimilem esse. Nam sicut Electio, ita simplex Postulatio, tendit ad personam idoneam: cum è diametro Postulatio solennis, ut aliquot jam vicibus est repetitum, personam, impedimento canonico obnoxiam, supponat.

Dixi II. sua jurisditioni tamen subjectam. Ut 156 indigentem differentiam Electionis & Postulationis simplicis, quæ cernitur in hoc, quòd Electio personam sui quodamodò juris & arbitrii ad Prælaturam evehat; Postulatio verò simplex personam, Superioris cujusdam juri & arbitrio subditam, non nisi cum illius consensu ad honores Ecclesiasticos deducat.

Dixi III. ad Prælaturam Ecclesiæ viduam accedere permittat. Adeòque Postulatio simplex nullam dispensationem, uti solennis, desiderat, sed nudò Superioris consensu perficitur. Esse autem differentiam inter dispensationem & con-

& consensum seu licentiam: quia per illam infringitur Lex; per istum intacta manet, ex

terminis patet, & explicat Layman. q. can. 11.

§. II.

Quinam simpliciter postulandi sint?

158 **I**n hoc quaesito jam posuimus regulam, illos postulandos esse, quicarent equidem impedimento, sed alerius imperio subiecti sunt. Jam igitur declaratam regulam, &

159 **I**nterit I. Religiosum ad Prælatum alterius Monasterii, sui tamen Ordinis, Postulatione minus solenni assumendum esse per cap. si Religiosus 27. de Elect. in 6. ubi ratio subiungitur: quia Religiosi arbitrium non ex sua (cum velle vel nolle non habeat) sed ex illius, quem vice DEL supra caput suum posuit, & cuius imperio se subiecit, voluntate dependet. Non tamen consensus Capituli, sed solius Prælati in tali Postulatione requiritur, per expressum textum in cit. cap. si Religiosus §. quia verò.

161 **N**eque existimes cum Immoia in cap. cum inter 21. de Elect. n. 4. Religiosum ad Prælatum eiusdem Ordinis extra locum Professionis solenniter postulandum esse, propter textum in cap. Abbatem 4. & cap. quomodo sic 5. XIIII. q. 2. ubi tunc demum extraneum ad Prælatum Regulares assumi posse, permittitur, quando in gremio vacantis Ecclesie nullus idoneus reperitur. Enimverò recitati textus non asserunt. extraneos esse inhábiles ad Electionem passivam, sed convenientiam solummodo insinuant, quod videlicet absque sequiori nota Capitulares non possint ad Electionem extranei configere, quamdiu vel unus est in Capitulo vacantis Ecclesie, qui requisitis Prælati decoribus resplendet, ut jam ex cap. cum nobis 19. & cap. cum inter 21. de Elect. expositum est in cap. 1. n. 245. & seqq. Quod etiam collimant textus in cap. cum dilectus 8. de Consecrad. cap. Abbat 25. de V. S. in quibus supponitur, consuetudine vel præscriptione effici posse, ut Conventuales unius Ecclesie Prælatum ex alia Ecclesia eligere teneantur: quod tamen supponi non deberet, si extranei ad Prælatum sui Ordinis impedimento quodam laborarent, cuius obstaculo non eligendi, sed postulandi forent solenniter. Consentiant Panormitanus in cap. cum inter n. 8. Barbosa ibid. n. 2. Passerinus de Elect. cap. 24. n. 42. & cap. 25. n. 649. & seqq.

165 **I**nterit II. Religiosum ex Ordine non-Mendicantium non tantum ad Episcopatum, sed etiam ad Prælatum alias Sæculares, curam animarum habentes, non esse solenniter postulandum. Cum enim ex Clem. cum rationi 1. de Elect. & cap. nullus 28. §. ad dignitatem eod. in 6. Religiosus quilibet ad Episcopatum sit verè eligibilis, eò quod summa perfectio, in qua convenit Episcopos esse positos, non ab aliis facilius, quam Religiosis, in via & semita perfectionis ambulantibus, addiscatur; & illa de causa tum ex aliis, tum præcipue ex Ordine Benedictino, tot sanctissimi Prælati & alibi & in Germania Cathedrali-

bus & Metropolitanis Ecclesiis fuerint præpositi. Cumque insuper Religiosus ex Ordine non-Mendicantium nullò Jure prohibeatur, ad Prælatum alias Sæculares promoveri, veluti supponere videtur Bonifacius VIII. in cap. quoniamdam 24. §. circa Religiosos 8. ad Prælationis qualitates de Elect. in 6. & docent Glossa in cit. cap. 7. qualitates & in cit. Clem. 7. sacularis, Sylvester verb. Religio 7. q. 4. & 6. Rodriguez tom. 1. Regular. q. 34. art. 3. Gonzalez in reg. 8. cancell. gloss. 7. n. 51. Wiestner ad tit. de Elect. n. 520. Sancti Religiosi ex Ordine non-Mendicanti ad Electionem passivam nihil deest, quam legitimi Superioris consensus. Quare non solenniter sed minus solenniter, & simpliciter est postulandus.

Equidem Authores reperias, qui negent, aliquem Religiosum ad Sæculares Prælatum, exceptò Episcopatu, eligi posse, permoti textu cit. Clem. cum rationi 1. de Elect. ubi rationem esse congruam generaliter dicitur, ut homines dispersi Professionis vel habitus simul in eisdem Monasterio societur; ideoque prohibetur, ne Religiosus aliquis in Abbate vel Prælatum alterius Religionis vel habitus (præter Episcopatum, qui in fine hujus textus excipitur) de cætero eligatur. Ita Hostienis in cap. quod de Elect. de Statu Monach. n. 16. Joann. Andreas ibid. num. 5. Suarez tom. 7. de Relig. lib. 3. cap. 19. n. 12. Sed meminalse oportet, in cit. tex. 170 tu non esse locutionem de Prælatu Sæcularibus, Sed Regularibus: indeque argumentum à consensu contrario potius pro quàm, contra Prælatum Sæculares ita formari posse, ut Religiosus quidem nequeat assumi ad Prælatum alterius Ordinis, licet Prælatum Sæcularis neutiquam sit incapax. Nec exceptio de Episcopo firmat regulam in casibus non exceptis: cum enim Prælatum Sæculares nunquam fuerint sub regula; & exceptio de Episcopis continetur sub regula, quatenus etiam Ecclesia Cathedralis potest esse Regularis, sicut & Ordinis diversi ab eo, quem Religiosus, in Episcopum eligendus, erat professus: argumentum de casibus exceptis ad non-exceptos non ritè hinc applicatur.

Interit III. Abbates vel Præpositos, ab una Abbacia vel Præpositura ad aliam, aut etiam ad Episcopatum transferendos, Postulatione simplici indigere per cap. si Abbatis 36. de Elect. in 6. Ratio est: quia Abbates & Præpositi nequeunt sua Monasteria absque præcitu Superioris, Episcopi, Summi Pontificis, vel Legati à latere deserere cap. Abbas. 8. XIIII. q. 2. cap. admonet 4. cap. ult. de Renunciat. ne videlicet mercenariorum more, aut laboribus fatigati, aut molestiis pressi, aut ambitione lactati fugere, gregem suum indefensum

sum relinquere, ac Ecclesiam, ad quam solò suo consensu non pervenerunt, solò suo consensu abdicare videantur. Gonzalez in cap. 174 quanto 3. de Translat. Ep. n. 6. Unde etiam consuetudo contraria, quã aliquis sine autoritate legitimi Superioris ab una Prælatum migrat ad aliam, ceu corruptela proscibitur in cap. cum venerabilis 7. de Consecr. ubi rursus Gonzalez n. 6. & seqq. Ut igitur Prælati Regulares, relicto suo, alterius Monasterii regimem suscipere possint, Postulatione ad Superiorem immediatum pro obtinendo consensu opus est.

Si putes, Abbates vel Præpositos Regulares, maxime Benedictos, non tantum simplici, sed etiam solenni Postulatione ad alias Prælatum transferendos esse, ea de causa: quia ad instar Episcoporum suis Ecclesiis cum annulo deponderi, & matrimonialiter conjungi solent ar. cap. ne pro defectu 41. de Elect. ubi æque Regularis ac Cathedralis Ecclesia per obitum Prælati videtur dicitur.

Falleris. Nam vinculum, quod Prælatum Regularem suum adstringit Ecclesie, non ex vero, sed improprio matrimonio vel quasi-oritur. Cujus ratio est: quia Prælati Regulares, licet potestatem Jurisdictionis quasi-Episcopalis suis Monasteriis habeant, attamen potestate Ordinis, quoad plurimos & præcipuos actus, destituti; neque ipsa Jurisdictionis potestate ex officio pastoralis, ad hoc Divinitus instituti, sed potius ex indulgentia & dispensatione Pontificia sunt præditi. Ergo matrimonium spirituale proprie tale, sicut Episcopi, non habent. Confer dicta in n. 104. Ergo non solenniter, sed simpliciter postulandi sunt. Panormitanus ad cap. ult. h. t. n. 8. Passerinus d. cap. 24. num. 39. Laymann q. 12. P. Engel h. t. n. 9. in fin.

Quæres incidenter: an Religiosus ex Ordine Benedictino ad Prælatum Ordinis Cisterciensis solenni, an minus solenni Postulatione, transferendus sit?

Res. transferendum esse minus solenni Postulatione. Ita Illustrissimus noster Joannes Caramuel Theol. Regul. disp. 35. art. 8. n. 389.

Ratio punctualis est: quia, qui transfertur à Monasterio uno ad aliud ejusdem Ordinis, non est solenniter sed minus solenniter postulandus ex n. 159. nullã siquidem dispensatione, sed nudò Superioris assensu totum negotium absolvitur. Atqui Monasteria Benedictinorum & Cisterciensium sunt ejusdem Ordinis. Ergo &c. Minorè, si neges, aut capere non possis, ostendit laudatus Caramuel partim rationibus positivis cit. disp. art. 8. n. 383. partim negativis art. 1. & seqq. à n. 356. quia videlicet tota Ordinis diversitas deberet provenire vel ab exordio & institutione S. Roberti; vel à tempore exemptionis; vel à conditis novis statutis; vel à mutatione habitus. Sed neutro ex his modis diversitas introducta est. Nam D. Robertus, & in Tornodorense & in Molimense Monasterio

Ordinem S. Benedicti professus, eundem non mutare, sed renovare, atque ad primævum rigorem Cistercii revocare voluit. Dein de exemptio tam parum Cisterciensis, quam parum Cassinensis, Vallisoletanus, aut alios exemptos, à Benedictinis dividit: cum, salvà cæterorum Regula, præter immediatam subjectionem erga S. Pontificem, nihil operetur. Ad hæc novæ constitutiones non eò tendebant, ut diversum quid à scopo Regulæ Benedictinæ Cisterciensis introducerent, sed potius ut propius ad illius centrum manerent: quemadmodum in singulis ferè Monasteriis Benedictinis speciales observantia reperitur, magis ad conservationem quam mutationem Regulæ collimantes. Insuper ex triticissima gnoma habentes non facit Monachum, sed Monachus facit habitum; præsertim Benedictinus, quem de colore causari noluit Sanctissimus Pater in Reg. cap. 5. r. Ergo substantialiter unus idemque est Ordo Benedictinorum & Cisterciensium; nec tam nova familia est Cisterciensis, quam potius antiquæ Benedictinorum familiae nova filia & congregatio. Ergo qui à Monasterio Ordinis Benedictini ad Abbatiam Ordinis Cisterciensis transferendus est, non solennis sed simplicis Postulationis via incedere debet.

Nec defunt exempla, quibus hæc veritas roboretur. Nam prætermissis, quæ extra Germaniam accidunt, memorat præfatus Author cit. art. 9. à n. 391. in nostra Germania Illustrissimus & Reverendissimus D. Antonius cognominatò Wolstrat, Princeps & Episcopus Viennensis, Ordinem Cisterciensium ab initio in Monasterio ad S. Crucem inferioris Austriae professus, postea Abbatie ejusdem Ordinis in Monasterio Hilariensi, vulgò Bilingen; exinde Abbatie Ordinis S. Benedicti in Celeberrimo & Florentissimo Abbatio Cremifanensi Austriae superioris præpositus, ac demum ob incomparabiles naturæ & gratiæ dotes ad Episcopatum & Aulam Viennensem assumptus est. Ex eodem S. Crucis Monasterio Mathias Balsius ad Archi-Abbatiam S. Martini in Hungaria Ord. S. B. transeptus est. Ipse Caramuel de se proprio restatur calamad. l. sub n. 392. quod ex Monacho Cisterciensi primitus creatus Abbas Melrosensis; postea Dissenbergenfis; dehinc, absque ulteriori dispensatione, Benedictinis Monasteriis in Monasterio Pragensi & Viennensi, præfectus fuerit. Hæc incidenter, sed non extrarhombum. Jam Interit IV. Clericos beneficiatos unius Diocesis ad Ecclesias & Prælatum alterius Diocesis minus solenniter esse postulandos. Ex quo enim absque licentia Episcopi Diocesani neque ad aliam Diocesan transire possunt cap. Episcopus 37. VII. q. 1. neque beneficium, antehac possessum, resignare cap. admonet 4. de Renunciat. non possunt absolutè eligi, sed simpliciter seu minus solenniter postulari debent.